Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

tim oratione partim acri comminatione facile iterum compescuit.

Garsten. Postero die post investituram idem D. decanus cum Rmo. Garstensi ad monasterium divertit, interim a D. doctore egregie vexatus est, qui sibi tunc animus fuerit. An non optarit abesse et plane illa parochia pro tempore carere, quam cum periculo inter furores rusticos versari.[1])

Rückschau. Atque haec fere sunt, quae hoc anno et in suis locis contigisse memini. Nullum vero dubium, quin multo plura, eaque notatu dignissima sive in urbe Styrensi sive in monasterio Garstensi, nedum in tota superiori Austria contigerint. Cum vero eorum notitia non sit usque adeo certa et explorata, frustra de illis aliquid dicere vel scribere attentaretur.

(Die Ereignisse in Böhmen.)

1610.

Hochwasser. Circa initium huius anni magna et inusitata inundatio aquarum fuit, quam resolutio nivium densissimarum causavit, insolita hoc tempore.

Garsten. Rmus. *Garstensis* circa 12. Ian. ad quasdam nuptias, nescitur quas, *Cremiphanium* profectus est.

Steyr. Posthac cives *Styrae* libere sine aliqua praesentatione apud D. capitaneum provinciae suscepti sunt, uti antea consuetum fuerat. Hanc libertatem praedicatio novi evangelii illis obtulit, quae nuper per Regem non concessa, sed ad tempus permissa, imo ab eo extorta fuerat.

(Ermordung des Königs von Frankreich.)

Gemeindewahlen in Steyr. 13. Ian. loco demortui iudicis *Pauli Trauneri* in novum iudicem *Styrensem Mathias Radlinger* electus est. Haec quoque electio sine praesentia commissariorum Regis transacta est, hanc etiam libertatem per novum evangelium consecuti sunt, licet eam se ex suis pristinis privilegiis habere iactitarint; quasi vero principi terrae non liceat, eadem privilegia vel limitare vel augere vel omnino tollere aut confringere. Deinde quis credat eadem aliquando ad rebellandum vel in praeiudicium ipsius principis concessa esse?

---

[1]) Ms.: versarier.